

1. mult.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

18. Quod aliud vint pontificales sedes et aliud praesidentes, et quia
praesidentes per devia sequendi non sunt. Inf. sancta Romana
ecclesia super omnes ecclesias primatum tenet, ideoque iudicat
omnes, et ipsa a nemine iudicatur. Tu autem quis es, qui contra
eam loqueris. Des Absit, ut ego infimus vel potius vermis contra
eam loquar, sed ut Dominus donaverit, magis pro ea. Quapropter deliqui-
ter adtende quod dicturus sum. Longe incomparabiles aliud sunt
pontificales sedes et aliud praesidentes. Proinde honor et dignitas uniuscu-
iusque sedis venerabiliter observanda sunt. Praesidentes autem si de-
viaverint, per devia sequendi non sunt, hoc est, si contra fidem vel catho-
licam religionem agere ceperint, in talibus eos nequaquam sequi debemus.
Quod plerumque apud Constantinopolitanam et Alexandrinam sedem
contigit. In his autem, quae iure dicuntur, etiam non facimus, libenter
eis obedire debemus. Hinc est, quod vos carere et spiritus carere
iubetur. Quod multa. De pastoribus ad apostolum revera inten-
tionem, qui dicit: Minister Dei est tibi in bonum. Propterea sub-
iungit in bonum, quia ^{nimirum} Minister Dei non est tibi in malum.
19. De eo, quod scriptum est: Quaecumque ligaveris super
terram, erunt ligata et in caelo. Inf. Ligandi atque solvendi potestas omnibus
episcopis caelestis est collata, praecipue tamen apostolorum vicariis
qui vicem apostoli Petri et claves regni caelestis tenent, et id-
circo quomodolibet ligaveris, ligatus eris, et quomodolibet solveris,
solutus eris. Des. Non ita sapienter dicitur legis interpret Hieronim-
us exponens illud evangelicum: Quaecumque ligaveris super
terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveris super
terram, erunt soluta et in caelo. At istam locum non intellegente
episcopi et presbiteri, aliquid sibi agunt de iohannis coram superioribus,